## Coniectanea Euripidea.

continuata e vol. XVIII p. 614 sqq.

Eurip. Herc. fur. 858 sq.:

ΛΥΤ. Ἥλιον μαρτυρόμεσθα δρῶσ' ἃ δρᾶν οὐ βούλομαι.
εἰ δὲ δή μ' Ἥρᾳ θ' ὑπουργεῖν σοί τ' ἀναγκαίως ἔχει
τάχος ἐπιρροίβδην θ' ὁμαρτεῖν ὡς κυνηγέτῃ κύνας,
εἶμί γ'·

Ἐπιρροίβδην vox nihili est, at Hesychius ἐπιρρόθητα explicat ἐπίψογα, unde pro τάχος ἐπιρροίβδην θ' propono τάχ' ἐς ἐπιρρόθηθ'. Ad eundem Hesychium provoco in Electra vs. 191 sq.:

καὶ παρ' ἐμοῦ χρῆσαι πολύπηνα φάρεα δῦναι
χρύσεά τε χάρισι προθήματ' ἀγλαΐας.

pro προθήματ' temptans πρόσημά τ', atque ibid. 1124 sqq.:

ἤκουσας οἶμαι τῶν ἐμῶν λοχευμάτων·
τούτων ὕπερ μοι θῦσον, οὐ γὰρ οἶδ' ἐγώ,
δεκάτῃ σελήνῃ παιδὸς ὡς νομίζεται

pro inepto παιδὸς temptans τάλισ', atque in Herc. fur. 780:

ἔθραυσεν ὄλβον κελαινὸν ἅρμα,

κελαινὸν in κλεαινὸν mutans, denique in Iph. Taur. 1325 sq.:

ΘΟ. λέγ'. εὖ γὰρ εἶπας. οὐ γὰρ ἀγχίπλουν πόρον
φεύγουσιν, ὥστε διαφυγεῖν τοὐμὸν δόρυ.

πόρον in φυγὴν mutans, siquidem Hesychius ἀγχίπους ex hoc versu affert.

Ion. 1287 sq.:

ΚΡ. ἀλλ' οὐκέτ' ἦσθα Λοξίου, πατρὸς δὲ σοῦ.
ΙΩΝ. ἀλλ' ἐγενόμεσθα, πατρὸς δ' οὐσίαν λέγω.

Alter versus, initio prioris corruptus, ita erit restituendus:

ἄλλου 'γενόμεθα πατρός· οὐσίαν λέγω

Nam οὐσία hic victum quotidianum significat.

Hel. 125 sq.:

ΕΛ. αἰαῖ· κακὸν τόδ' εἶπας οἷς κακὸν λέγεις.
ΤΕΥ. ὡς κεῖνος ἀφανὴς σὺν δάμαρτι κλῄζεται.

In priore versu pro οἷς scribendum est ὡς, quia Teucer modo

vs. 120 monuerat *ἄλλου λόγου μέμνησο, μὴ κείνης ἔτι*, in altero *κοινὸς* pro *κεῖνος*, quia nil nisi publicam famam Teucer exprimit.

Iph. Taur. 34 sqq.:

*ναοῖσι δ' ἐν τοῖσδ' ἱερίαν τίθησί με,*
*ὅθεν νόμοισι τοῖσιν ἥδεται θεὰ*
*Ἄρτεμις ἑορτῆς, τοὔνομ' ἧς καλὸν μόνον.*

Haec verba graviter afflicta esse sponte intelligitur, quae sic emendarim:

*ὅθ' ἐννόμῳ σὺν τοῖσιν ἥδεται θεὰ*
*Ἄρτεμις ἑορτῇ, τοὔνομ' ἧς καλὸν μόνον,*

i. e. in templo, ubi cum hisce (barbaris v. 31) dea Diana gaudet legitimo festo, cuius solum nomen pulcrum est, cf. Pind. Ol. VII 84 *ἀγῶνές τ' ἔννομοι Βοιώτιοι*.

In Hercule fur. Lycus duobus Herculis laboribus commemoratis vs. 155 pergit:

*τοῖσδ' ἐξαγωνίζεσθε; τῶνδ' ἄρ' οὕνεκεν*
*τοὺς Ἡρακλείους παῖδας οὐ θνήσκειν χρεών;*

Aperte corrupta *τοῖσδ' ἐξαγωνίζεσθε*; muto in *τοῖσδ' ἓξ ἄποιν' ἴζεσθε*; ut praeter ipsum Herculem Amphitruo, Megara et tres filii numerentur quorum Megara 460—473 copiosius mentionem facit.

Ion 374 sqq.:

*εἰς γὰρ τοσοῦτον ἀμαθίας ἔλθοιμεν ἄν,*
*εἰ τοὺς θεοὺς ἄκοντας ἐκπονήσομεν*
*φράζειν ἃ μὴ θέλουσιν ἢ προβωμίοις*
*σφαγαῖσι μήλων ἢ δι' οἰωνῶν πτεροῖς.*

*Τοσοῦτον* cum sequens *εἰ* non toleret, scribendum erit *εἰς γάρ τ' ἄσωτον ἀμαθίας*, ad desperatam stultitiam; tum corruptum *δι'* in *δὶς* erit emendandum, quod et ad victimas referas. Idem *δὶς* opem feret El. 839 sqq.

*τοῦ δὲ νεύοντος κάτω*
*ὄνυχας ἐπ' ἄκρους στὰς κασίγνητος σέθεν*
*εἰς σφονδύλους ἔπαισε, νωτιαῖα δὲ*
*ἔρρηξεν ἄρθρα· πᾶν δὲ σῶμ' ἄνω κάτω*
*ἤσπαιρεν ἠλάλαζε δυσθνητοῦν φόνῳ.*

Pro Nauckiano *δυσθνητοῦν* codex *δυσθνῆσκον* praebet, unde *δὶς θνῆσκον* effingo: nimirum singulae corporis fissi partes singulatim moriuntur.

Phoen. 1310 sqq.:

*οἴμοι, τί δράσω; πότερ' ἐμαυτὸν ἢ πόλιν*
*στένω δακρύσας, ἣν πέριξ ἔχει νέφος*
*τοιοῦτον ὥστε δι' Ἀχέροντος ἰέναι;*

Genus dicendi ὥστε — ἱέναι vix Graecum, Euripideum saltem non est. Coniicio:

τοιοῦθ', ὅσ' ἔστι δι' Ἀχέροντος ἱέναι;

i. e. eiusmodi nubes, quantas per Acherontem mittere licet. Neque Euripideum est ἐνταυθοῖ Iph. Taur. 1010:

ἄξω δέ σ', ἤνπερ μὴ αὐτὸς ἐνταυθοῖ πέσω,
πρὸς οἶκον, ἢ σοῦ κατθανὼν μενῶ μέτα.

Hic igitur pro ἐνταυθοῖ scribendum erit ἐν Ταύροις.

Suppl. 306 sq.:

νυνὶ δὲ σοί τε τοῦτο τὴν τιμὴν φέρει
κἀμοὶ παραινεῖν οὐ φόβον φέρει, τέκνον.

Versum varie tentatum ita in integrum restituere mihi videor:

νῦν οὐδὲ σοί τι τοῦτο τὴν τιμὴν φοβεῖ.

Troad. 408 sq.:

εἰ μή σ' Ἀπόλλων ἐξεβάκχευσεν φρένας,
οὐκ ἂν ἀμισθὶ τοὺς ἐμοὺς στρατηλάτας
τοιαῖσδε φήμαις ἐξέπεμπες ἂν χθονός.

Turbatum iterum metrum οἶδ' pro ἂν restituet, quod idem conducet Cycl. 666 sq.: ἀλλ' οὔτι μὴ φύγητε τῆσδ' ἔξω πέτρας
χαίροντες. οὐδὲν ὄντες·
si pro οὐδὲν ὄντες scribatur οἶδ', ἐνόντες.

Alc. 673 sq.:

ΧΟ. παύσασθ', ἅλις γὰρ ἡ παροῦσα συμφορά,
[ὦ παῖ] πατρὸς δὲ μὴ παροξύνῃς φρένας.

Illud ὦ παῖ seq. vs. initio repetitum mutandum est in συμφορὰ σοί, παῖ· Panacea autem vocativa etiam duos alios locos misere corrupit, quos iam recensebo. Phoen. 301 sqq.:

ΙΟ. Φοίνισσαν βοὰν
κλύουσ', ὦ νεάνιδες, γηραιῷ
ποδὶ τρομερὰν ἕλκω ποδὸς βάσιν.

Quis ultima feret? quis negabit fulcro opus esse pedi hocce:

κλύουσ', ὡς νεάνιδος γηραιῷ
ποδὶ τρομερὰν ἕλκω ποδὸς βάσιν.

Conferas modo Ion. 1041 ἄγ', ὦ γεραιὲ πούς, νεανίας γενοῦ ἔργοισι. In Iphigenia Aul. 1308 sqq. tres deae in Idae pratum profectae dicuntur:

κρίσιν ἐπὶ στυγνὰν ἔριν τε
καλλονᾶς, ἐμοὶ δὲ θάνατον,
ὄνομα μὲν φέροντα Δαναΐδαισιν, ὦ κόραι,
προθύματ' ἔλαβεν Ἄρτεμις πρὸς Ἴλιον.

Nonne ultimis relativum ereptum est et sine ulla dubitatione scribendum:

*ὄνομα μὲν φέροντα Δαναΐδαισιν, ᾧ κόρας*
*προθύματ' ἔλαβεν Ἄρτεμις, πρὸς Ἴλιον.*

O. Goram.

## Coniectanea Euripidea.

(continuata e vol. XX p. 464 sqq.)

Or. 911 sqq.: θεᾶσθαι δ' ὧδε χρὴ τὸν προστάτην
ἰδόνθ'· ὅμοιον γὰρ τὸ χρῆμα γίγνεται
τῷ τοὺς λόγους λέγοντι καὶ τιμωμένῳ.

Vltimum versum delevit Hermannus, Nauckius se neque hunc intelligere nec praecedentem fatetur. Ne multis morer, uterque in integrum restituetur coniecturis hisce:

θεᾶσθαι δ' ὧδε χρὴ τὸν προστάτην
ἴδιον θ'· ὅμοιον γὰρ τὸ χρῆμα γίγνεται
τῷ πουλύπου λέγοντι, καὶ τιμωμένῳ.

Polypus enim versicolor Graecis in proverbium abiit. Testis est Pindarus Fragm. 154 (173), testis Theognis 215 sqq.: *Πουλύπου ὀργὴν ἴσχε πολυπλόκου κτλ.*, testis quattuor paene saeculis post Alexandriae pius Iudaeus Pseudo-Phocylides, cui com-

munis haec Graeciae antiquae doctrina bilem movit vs. 49: *μηδ', ὡς πετροφυὴς πολύπους, κατὰ χῶρον ἀμείβου*, cf. commentationem meam Philol. vol. 14 p. 101 sq. Theognidis vero gnomae cum in scholis Atticorum tererentur, praeter maiorem literarum similitudinem haec mihi causa fuit, cur hanc formam Atticae *πολύποδος* praetulerim. Ceterum Atticos dicere *τοῦ πολύπου*, allato Aristophanis senario, et *τὸν πολύπουν* Athenaeus affirmat VII, p. 316 A. cf. Grammaticum Hermann. §. 20. 322. Hesych. *Νήπους ἢ νήποδας, ἀνυποδέτους*, cuius *ἀγχίπους* ex Iph. T. 1325 in memoriam revoco. Vt paucas alias adiiciam comparationes, in Hippolyto 545 sqq. haec legimus:

*τὰν μὲν Οἰχαλίᾳ*
*πῶλον ἄζυγα λέκτρων*
*ἄνανδρον τὸ πρὶν καὶ ἄνυμφον, οἴκων*
*ζεύξασ' ἀπ' εἰρεσίᾳ, δρομάδα*
*τὰν Ἄιδος ὥστε Βάκχαν,*

In ultimo versu pro Musgravii inventione libri cum levi discrepantia *ναΐδα ὅπως τε* offerunt, unde elicio:

*Μ α ι ν α λ ί δ' ὅ π ω ς τ ε Βάκχαν,*

qui versus antistrophae versui respondet. Intelligo autem Atalantam, Maenali filiam, de qua noster Phoen. 1162 *οὐδ' ἀποίσεται βίον τῇ καλλιτόξῳ μητρὶ Μαινάλου κόρῃ*, diserte enim Apollodorus bibl. III p. 168 testatur *Ἡσίοδος καί τινες ἕτεροι τὴν Ἀταλάντην οὐκ Ἰάσου, ἀλλὰ Σχοινέως εἶπον· Εὐριπίδης δὲ Μαινάλου.* Qua Atalanta quodnam nomen hic substitui potest aptius? De comparandi particula *ὅπως* adi Seidler. ad Tro. v. 147.

B a c c h. 980 sq.: *ἐπὶ τὸν ἐν γυναικομίμῳ στολᾷ*
*Μαινάδων * κατάσκοπον λυσσώδη.*

Syllabam deficientem mihi *Μ α ι ν ά δ' ο ἷ ο ν* explet pro *Μαινάδων.*

E l. 952 sq.: *ἔρρ', οὐδὲν εἰδὼς ὧν ἐφευρεθεὶς χρόνῳ*
*δίκην δέδωκας. ὥστε [τις κακοῦργος ὢν κτλ.*

Hi versus multifariam temptati sic scribendi sunt:

*ἔρρ'· οὐδὲν εἰδώς, ὧν ἐ φ ε υ ρ έ θ η ς χρόνῳ,*
*δίκην δέδωκας, ὥστε π α ῖ ς, κακοῦργος ὤν.*

i. e. u t i n f a n s. Iam sequentia ut par est puncto separentur. In cumulum nonnulla e melicis cantibus exempla addam:

Rhes. 546 sqq.: *ΧΟ. καὶ μὴν αἴω Σιμόεντος*
*ἡμένα κοίτας*
*φοινίας ὑμνεῖ πολυχορδοτάτᾳ*
*γῆρυϊ παιδολέτωρ*
*μελοποιὸς ἀηδονὶς μέριμνα·*

Recte Nauckius: '*καὶ μὴν αἴω* corrupta; desidero substantivum, unde *Σιμόεντος* genetivus pendeat'. Quod restituo scribens:

κἀν' ἠίονας Σιμόεντος
ἡμένα κτλ.,

In ultimo autem versu pro *μέριμνα* scribo *μερίμνᾳ*, ut coeant *μελοποιὸς μερίμνᾳ*.

O. Goram.

---